Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Historische Sammelhandschrift, dt.Text: Beschreibung Jerusalems – Nürnberg, STN, Cent. III, 93
Signatur: Cent. III, 93

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

statium aut et maximianum galerium cesares legit Constantius her-
culei maximiani privignam theodoram accepit ex qua postea sex
filios fecit constanti suscepit. Carausius brittaniam per septem
annos fortissime vindicavit ac retenta tandem fraude allecti socii
sui interfectus est. Allectus postea ereptam carausio insulam per
triennium tenuit quem asclepiodotus pretorio prefectus oppressit.
britanniasque post decem annos recepit. Constantius vero cesar in
gallia primo prelio ab alamannis profligato exercitu suo vix
ipse subreptus est. secundo autem satis secunda victoria nam paucis
sexaginta milia alamannorum cesa referuntur. At maximianus
augustus quinquegentianos in affrica perdomuit. Porro diocletianus
achilleum obsessum per octo menses apud alexandriam cepit et interfecit.
Sed immoderate victoria usus alexandriam direptioni dedit egyptumque
totam proscriptionibus cedibusque fedavit. Preterea galerius maximi-
anus cum duobus iam preliis adversum narseum conflixisset tercio inter calli-
nicum et charras congressus et victus amissis copiis apud diocle-
tianum refugit. A quo arrogantissime est exceptus ita ut per aliquot
milia passuum purpuratus ante vehiculum eius cucurrisse referatur. De
cuius tamen contumelie hac quidem ad virtutem usus est et per ipsum detersa re-
gii fastus rubigine acumine expeditus. Itaque mox per illiricum et
mesiam undique copias contraxit. rursusque in hoste cum narseum
inconsultis viribus superavit extinctis persarum copiis ipsum
narseum in fugam actum castra eius invasit uxores sorores liberosque
cepit immensam vim gaze persice diripuit captivos quam plurimos per-
sarum nobilium adduxit. Reversus in mesopotamiam a diocletiano plu-
rimo honore susceptus est. Postea per eosdem duces strenue adversum
carpos basternasque pugnatum est. sarmatas devicit quorum
copiosissimam captivorum multitudinem per romanorum fines dispersit presidia.
Interea diocletianus in oriente maximianus herculeus in occidente
vastari ecclesias affligi interficique christianos decimo post neronem loco
preceperunt. Que persecutio omnibus fere ante actis diuturnior et imma-
nior fuit. Nam per decem annos incendiis ecclesiarum proscriptionibus inno-
centum cedibus martyrum incessabiliter acta est. Sequitur terremotus in sy-
ria ex quo apud tyrum et sydonem passim labentibus tectis multa ho-
minum milia prostrata sunt. Secundo persecutionis anno diocletianus ab in-
vito exegit maximiano ut simul purpuram imperiumque deponerent
ac iunioribus in republica substitutis ipsi in privato otio consenescerent.
Itaque sub una die diocletianus apud nicomediam maximianus apud
mediolanum potestate ipsi [illegible] deposuerunt. Galerius et constantius
augusti primum romanum imperium in duas partes diviserunt. Galerius
maximianus illiricum asiam et orientem constantius italiam affricam et
gallias obtinuit. Sed constantius vir tranquillissimus gallia tantum hys-
paniaque contentus galerio ceteris partibus cessit. Galerius duos cesa-